

#### 401. Descrizione della Gallia (I)

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum una incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu et humanitate provinciae longe absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi eorum finibus bellum gerunt.

Cesare, *De bello gallico*

#### PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

alunno/a ..... classe ..... data .....

402. Descrizione della Gallia (II)

In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque sed paene in singulis domibus factiones sunt, earumque factionum principes sunt qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat.. Idque ejus rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiores auxilium egeret: suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur, neque, aliter si faciat ullam inter suos habet auctoritatem. Haec eadem ratio est in summa totius Galliae; namque omnes civitates in partes divisae sunt duas. Cum in Galliam Caesar venit, alterius factionis principes erant Haedui, alterius Sequani.

Cesare, *De bello gallico*

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
voto		

alunno/a ..... classe ..... data .....

403. I druidi (I)

In omni Gallia eorum hominum qui aliquo sunt numero atque honore genera sunt duo; de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adulescentium numerus disciplinae causa concurrat, magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt et, si quod est admissum facinus, si caede facta, si de hereditate, de finibus controversia est, idem decernunt, praemia poenasque constituunt; si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicitur. Haec est poena apud eos gravissima. Druides a bello abesse consueverunt neque tributa una cum reliquis pendunt, militiaeque vacationem omniumque rerum habent immunitatem.

Cesare, *De bello gallico*

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

alunno/a ..... classe ..... data .....

404. I druidi (II)

Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate [Druides] disputant et juventuti tradunt. Natio est omnis Gallorum dedita religionibus, atque ob eam causam qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proelia periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolatuos vovent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto aut latrocinio aut ex aliqua noxia sint comprehensi gratiora dis immortalibus esse arbitrantur; sed cum ejus generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.

Cesare, *De bello gallico*

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

alunno/a ..... classe ..... data .....

testo originale

#### 401. Descrizione della Gallia

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum una incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu et humanitate provinciae longe absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars quae Gallos optinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad Septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones....

In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque sed paene in singulis domibus factiones sunt, earumque factionum principes sunt qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat.. Idque ejus rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiores auxilium egeret : suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur, neque, aliter si faciat ullam inter suos habet auctoritatem. Haec eadem ratio est in summa totius Galliae; namque omnes civitates in partes divisae sunt duas. Cum in Galliam Caesar venit, alterius factionis principes erant Haedui, alterius Sequani.

#### 402. I druidi

In omni Gallia eorum hominum qui aliquo sunt numero atque honore genera sunt duo ...; de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica procurant, religiones interpretantur : ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa concurrat , magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt et, si quod est admissum facinus, si caede facta, si de hereditate , de finibus controversia est, idem decernunt, praemia poenasque constituunt; si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicitur. Haec est poena apud eos gravissima...

Druides a bello abesse consueverunt neque tributa una cum reliquis pendunt, militiaeque vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli XX in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, graecis litteris utantur.

In primis hoc volunt persuadere, non interire animae, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura , de deorum immortalium vi ac potestate disputant et juventuti tradunt.

Natio est omnis Gallorum dedita religionibus, atque ob eam causam qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proelia periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolatuos vovent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto aut latrocinio aut ex aliqua noxia sint comprehensi gratiora dis immortalibus esse arbitrantur ; sed cum ejus generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.